

ROGERIUS JOSEPHUS BOSCHOVICHIIUS
R A G U S I N U S

Soc. Jesu

I N T E R A R C A D E S

NUMENIUS ANIGRÆUS,



E C L O G A .

Recitata in publico Arcadum confessu Anno 1753. primo Ludorum Olympicorum die quo die Illustrium Arcadum effigies formandæ jaculorum ludo substitutæ fuerant .

Lycidas , Tytirus :

Lyc. **T**Ytire, siste gradû, Lycidas vocat: o mihi silvâ,
Tytire, jamdudû frustra quæsite per omnem.

Tyt. Tune etiâ huc, Lycida? nec te tã longa viarum
Tædia , nec genitrix tenuit dulcissima , nec te
Parva soror , nec solæ , ingens tua cura , capellæ ;
Quæ nunc heu nullo sylvam custode per altam
Opportuna lupis jam præda voracibus errant .

Lyc. Solus ego , Arcadiæ extremis e finibus omnis
Ad sacrum dum turba nemus volat agmine densò ,
Namque imo ciet inclamans Myrhæus ab antro ,
Tytire , solus , iners patria sub rupe manerem ?
Non ita prærupti genitum sub vertice montis ,
Heu puero , heu nimium raptus cito ! durus Amyntas
Erudiit, dumosa manu per culmina raptans

N 2

Fi-